



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

6. De Diuisione Periodi, Pneumate, Clau: Chiasmo, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

recurrentes. Versam verd, quæ dicitur periodus, cum strophis, & antistrophis Lyricorum.

De diuisione Periodi.

Pneumate, Clauis, Chiasmo, &c.

CAPVT VI.

Periodorum variæ traduntur à Rhetoribus diuisiones, quarum aliæ ad sensum verborum, aliæ ad structuram pertinent. Ego, vt omnem ambiguitatem submoueam, grauiores primum diuisiones afferam, minutas deinde suo loco discutiam.

Quid pneuma Periodus.

Primum, vna est, quæ ab Hermogene appellatur πνεύμα, spiritus, & definitur πνεύμασις λόγος διάνοια μ' απαρτίζον εν κήλοις, & κόμματι μεζέρινον προς την διάρκειαν τῷ πνεύματι. Κατά τὴν φωνὴν τῶ λέγοντι. Structura orationis, quæ sensum membri, incisiuque definitum, ad oratoris spiritum, & vocem accomodat. Talis dicitur iusta periodus.

Quid Clauis.

Alia dicitur Clauis, ἢ κλέϊς ἴσθιον τινά, καὶ ἀληθινὰ περιόδον τῶ ἔλεος ἐπιχειρηματικῶ ἀναγκαστικῶ σύνθετος. Decursus totius argumenti breuiter comprehensus, Et hæc tam communis est Rhetorum, quàm dialecticorum. Appellatur autem clauis, quod vt clauis ostium, sic expeditè referat vim argumenti.

Quid periodus chiasmus.

Alia nomen habent à diuersis figuris, quibus contextuntur, inter quas nobilis est χιαζομένη. Est autem periodus χιαζομένη cum in quadrimembri circuitu, vtiuque propositionibus ambæ redditiones respondent, & contra, vt apud Demosthenem Olynth. 2.

Ὁ μὲν γὰρ Φίλιππος ὄσω πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεπεσκέ τὴν αὐτῶ τοσούτῳ δευμοσότερος παρὰ πᾶσι νομίζομαι. Ὑμεῖς ὅ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ὄσω χεῖρον ἢ προσήκε μέγιστον οἷς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα ἀπὸ τὴν ἀφλίκατι; Etenim Philippus, quo plura supra suam ipsius dignitatem fecit, eo plus habet apud omnes admirationis. Vos autem, viri Athenienses, quod peius, quam par erat, rebus vsistis, eo maiori dedecore afficimini.

Dicitur autem χιαζομένη quasi decussata à χ litera, quæ crucis in modum intersectantibus seipfas duabus obliquis lineis figuratur. Vnde Chiasmus & χιαζμός figura, quando quatuor propositis, tertium secundo responderet, & conuenit quartum primo.

Alia ἰσοκλής & ἰσοπλευροσ, hoc est, quadrata, quatuor membris æqualibus constans.

Alia rotunda σφουγγώδης ἀποτερενευμένη, rotundæ, & concinnæ, quasi totino facta, vt loquitur Plutarch. de auditione. Itaque nomen potius est omnium elegantium periodorum generale, quàm speciale.

Alia ἐπιχειρηματικῆ, siue increpatoria dicitur, Demost. breuis, & expedita, vt Φίλιππος ἀν εὐβοίῳ Olynth. 1. τοῖς θεοῖς, ταῦτα ὑμῶν τινες συμβάδε ποιῶσιν, Philippus quidem à Dijs postulatet, ea ipsa, quæ vestrum plerique faciunt.

Alia γνωμικῆ, sententiosa, vt ἐμπράπειρα παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμητῶ κακίως φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνονται. Prosperis rebus vti supra meritum, stultis occasio est male sentienti.

Alia ἀποφαντικῆ, enuntiatiua, quæ fit per rectos casus, vt ἀλλ' ὁ τὴν εὐβοίαν ἐχθρὸσ σφετερίζομεν.

Alia per interrogationem, vt τίς γὰρ ὁ τὴν εὐβοίαν σφετερίζομενος; τίς ὁ καλὸν λαμβάνων ὠρεῖν, Quis Eubœam sibi vendicat? quis cepit Oreum?

Alia ἰμπερικῆ, redargutoria, vt si dicas, num hic ipse est, qui Eubœam sibi vendicauit, qui cepit Oreum.

Afferet & δευκλικῆσ, & ἀρητικῆσ, & ἀπογορευτικῆσ demonstratiuas, negatorias, prohibitiuas. Sed Græculæ sunt istæ diuisionum minutie, nunc ad cæteras partitiones veniamus, quæ ex periodi partibus, & membris colliguntur.

De partibus Periodi.

CAPVT VII.

Ver sunt periodi partes, Colon, siue membrum, siue intermissio, & Comma, quod intercisio pariter, & articulus nominatur.

Na. z Mem.